

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

VIII. Declaratur 7. excommunicatio aduersus deferentes arma, & alia
instrumenta vsui bellico idonea ad infideles.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

rit. Hofiens, in sum. lib. 3. tit. de criminis falsi. §. qualiter committatur. ver. sed hodie. Panormit. cap. ex litteris de fide instrumentor. Sylvestr. verbo excommunicatio. q. num. 3. Caet. eodem. cap. 2. 6. in fine. Neque obest quod in priuilegiis summo Penitentiario cōcessis contentum erat, ut posset absoluere ab excommunicatione, quae ex mutatione verborum incurrit littera sententia non mutato, quia ante Clementem VIII. in hac clausula Bullæ Cœna addebat Pontifices illa verba. Excommunicamus eos qui mutant puncatum, aut litteram &c. que verba postmodum omilla sunt; ut pote non inducentia mutationem, quae falsitatem constituerat.

4 Duplex tamen in hac parte est difficultas. Prima An excommunicationis ab hac censura si mutationem preterit in litteris infinitatis nullum, vel leue damnum partiatuſ ſic inferenter? Videris namque excusatus ob leuitatem materiae; falsificatione namque prohibetur ob damnum quod ex falsitate euenit. Cum igitur ex tali falsitate nullum, vel leue damnum parti, aut ſic proueniat, non videris peccatum mortale, & con sequenter nec censuram incurre. Sed rectius contrarium docuit Bonac. 2. 3. de censur. diſp. 1. q. 7. punct. 2. num. 5. Quippe falsificatione litterarum non tam ob damnum parti, aut ſic illatum prohiberi censenda est, quām ob iniuriam expedient litteras faciam, cuius authoritas falsificatione contemnitur. Quod manifestum est in litteris gratiae, dispensationibus, & indulgentiis à Sede Apostolica concessis, quae in nullius damnum cedunt.

5 Secunda difficultas est: An si correctione fiat iuxta mentem summi Pontificis falsarius sis, & excommunicationem incurras? V. g. supplicatio facta est pro dispensatione in consanguinitate. Notarius apposuit loco confangunturatis affinitatem. Item supplicatio facta est pro impedimento secundi gradus, & tamen litterae per errorem expedite sunt pro tertio, an inquam correcțio hæc falsitatem inducat, & censuram. Affirmat ut probabilius Suar. diſp. 1. 1. sect. 2. num. 47. Alterius lib. 5. diſp. 7. cap. 2. proposit. 2. quia vere mutas lensem litterarum Apostolicarum, nequæ mens Pontificis est, ut error à Notario commisus per alium, quām per Notarium corrigatur; alias licet nouas litteras fabricare, ſicut licet latas emendare, & corriger. Sed oppositus verius est, ut docuit Sayrus lib. 3. theſaur. cap. 10. in fine. num. 12. Hugolin. in preſenti. §. 2. Reginald. lib. 9. num. 288. Bonac. diſp. 1. q. 7. punct. 2. in fine, quia illa mutatio verborum comparatione Pontificis mutatione non est, cum eius intentione, & conſectionis confor mis sit. Ergo falsitatem inducere non potest. Etenim mutatione ſententia non tam illa attendenda ſecundum verba materialiter poſita in ipſa Bulla, quām ſecundum intentionem Pontificis Bullam expedientis. Nam ſi illicitum est errore manifestum scriptoris emendare ſententia retento, cur non licet errorem commifilum contra mentem, & intentionem Pontificis? Præterea litteræ ſic correcta cum Pontificis intentione conformati ſint verae, & non falſe ſunt appellanda. Ergo ſic corrigitur falsarius elle non potest, ſed veri ſententia, & mentis Pontificis reſtitutor; ſecundum vero est dicendum de eo qui integras litteras fabricaret, quia illa litteræ ut pote à Pontifice non expedita ſuppositione ſunt, & falſa.

6 Falsitas autem hanc excommunicationem inducens committit debet in litteris Apostolicis etiam in forma brevia, vel in ſupplicationibus ſummo Pontifici vel Vicecancellario, aut alteri vicem iporum gerenti gratiam, vel iuſtiſiam contingentiis. Litteræ Apostolicae appellantur, que nomine ſummi Pontificis expedientur, quæ ſi plumbata ſint bullæ dicuntur, & ſigillo cateno ſignantur, brevia. Supplications verba, quæ ſummo Pontifici offeruntur, & ab eo, ſeu Vicecancellario ſignantur. Si igitur in his omnibus falsitas committitur hanc censuram inducit. Quapropter quilibet alia falsitas commissa in litteris, ſeu ſupplicationibus, que nomine ſummi Pontificis non expedientur, ut ſint litteræ ſacrae Congregationis, Penitentiariae, Inquisitionis, declarationis, Concilij, Datarij, Nunci Apostolici, Legati a latere, & Epifcopi hac excommunicatione non afficiuntur; quia proprie non ſunt litteræ Apostolicae, neque ſupplications Pontifici, aut Vicecancellario factæ, quarum falsitas hac censura punitur, & pœna extra calum expellere extendenda non ſunt. Vt tradidit Paludan. in 4. diſp. 12. queſt. 3. art. 2. vers. tertius falſar. Natur. cap. 27. num. 62. Alphonſ. Viuald. in expoſit. bullæ Cœna, num. 52. Tolci. in preſenti. §. 4. Hugolin. §. 3. num. 6. Suar. diſp. 21. feſt. 2. num. 49. Bonac. diſp. 1. de censur. q. 7. punct. 1. num. 2. Reginald. lib. 9. cap. 17. num. 289. Addictrū præterea excommunicatione aduersus falſos ſignantes ſupplications prædictas, ut habeatur illa prædicta clausula.

7 Perfonæ vero in quaſ haec excommunicatione bullæ fertur ex tantum ſunt quæ per ſe falſitatem committunt in litteris Apostolicis, & ſupplicationibus à Pontifice, ſeu eius Vicario ſignariſ. Quare mandans consulens, approbabns prædictam falſitatem hac censura non comprehenduntur, qui hi non falſificantes, ſed falſitatem conſulentes, mandantes, & approbantes dicuntur; & pœna extendenda, non ſunt ultra calum expreſſos.

P V N C T V M V I I I .

Declaratur septima excommunicatione aduersus defertentes arma, & alia instrumenta viui bellico idonea, ad infideles.

- 1 Refertur Textus.
 - 2 Quis ſinſit huīus excommunicationis, & qualiter in tunc hac actio ſit probabilitas?
 - 3 Plures excommunicantur ex constitutionibus qui in Bolla Cœna non comprehendantur.
 - 4 Triplice actio ſub hac excommunicatione prohibetur.
 - 5 Quæ transiſſio, ſeu delatio, & quarum rerum hac excommunicatione prohibeatur.
 - 6 Examinatur, an ſub prædicta prohibitione deſtinentia, pecunia & viuitalia comprehendantur?
 - 7 Verius censio non comprehendit.
 - 8 Debet per te ipſum tranſferre predictas res prohibitas.
 - 9 Si ex uno loco infidelibus ad alium ſimilem hac deferat, huic excommunicationi non ſubiceris, niſi inde grauatum Christianis prouenias.
 - 10 Si ex venditione armorum infideles fortiores reddantur ad Catholicorum impugnationem, locus eſt huic infideli.
 - 11 Si in terra Principi Christiano ſubiectis ea arma infidelibus vendas, negant aliqui te hac censura immodeſi.
 - 12 Verius censio eſt punitum.
 - 13 Catholicus Princeps infideles in ſuū auxiliū conuocans ad uetus alium Principem Catholicum, illiſque arma ſubministrans huc censura non ligatur, ſi bellum eſt ueritatis gerit.
 - 14 Non eſt licitum Principi Catholicο infidelibus arma ſubmittare, ne alius Princeps Catholicus ſuperior exiftat.
 - 15 Ad quos hac arma tranſferenda ſint?
 - 16 Deferrit arma ad Schismatics, qui heretici non ſint ſub hac censura non comprehenduntur.
 - 17 Ab hac censura excusari potes ob leuitatem materiae, & que hac ſit in preſenti?
 - 18 Notitiam prebent infidelibus de ſtatū temporali Christiana Republica in hanc censuram incidi.
 - 19 Tabellarium deferenſem litteras infidelibus non videtur improbabile excommunicatione ligari.
 - 20 Reuelantem infidelibus ſtatū Christiana Republica qui infidelibus ſecretum manifeſtari ſunt non videtur ſub hac excommunicatione comprehendit.
 - 21 Declaratur qualiter auxiliantes, conſidentes, & fauientes in hanc excommunicationem incidunt.
 - 22 Ob periculum vita alterius ve graviſſimi danni excusari punit à censura conſidentes, & fauientes.
- S Eptimò excommunicat, & anathematizat Pontificis omnes illos qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos vel hereticos per noſtras, ſive huic sanctæ Sedis ſententia exprefſe, vel nominati declaratos deferrunt, ſeu tranſmitteunt equos, arma, feruum, ſilum ferri, ſtannum, chalybem, omniq[ue] alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canopem, funes tam ex ipſo canope, quam ex quaque alia materia, aliaque huic modi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necon illes qui per fe, vel alios de rebus ſtatū Christiana Republica concenteribus in Christianorum pericilio, & dannum ipſos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, necon hæreticos in dannum Catholicæ Religionis certiores faciunt; illiſque ad id auxiliū, conſilium, vel favorē quomodolibet praefert. Non obſtantibus quibuscumque p[ro]uilegiis, quibuscumque peronis, Rebus publicis Per nos, & ſedem Apostolica[m] haſtentis conceſſis, de huiusmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.
- Hac excommunicatione vult Pontifex fidei Catholicæ Religionique conſule ſe impediendo, ut Christiani nominis hostes, & inimici Catholicorum ſubſidiis validiores ſint, & potentiore ad bellum Christiani ſeſterendum. Quapropter huic iuri legi violator ſacrilegus eſt, prater iniuriam commifſam ſuppedante instrumenta, quibus iniurie Chriftianū vexentur. Ob quam cauſam idem eſt ſub gravissimum penitentiū prohibitor. leg. 1. & 2. Cod. quæres exportari non debent, & leg. finali Cod. de penit. Et lute Canonico variis Textibus excommunicatione, aliaque pœna continent aduersus eos qui aliquo modo poterint Saracenorum agent. Nam in cap. ita quorundam de Iudeis excommunicantur ipſo facto qui Saracenis arma, feruum, & lignamina deferunt galeam. Secondo qui neceſſaria ſubministrant ad Christianorum impugnationem. Tertiō qui pro cupiditate ſua in galeis, & piraticis Saracenorum nauibus regimunt, & curam gubernandi exercent. In cap. quod olim, eodem tit. excommunicatione affi ciuntur.

tinunt qui cum Saracenis mercimonium habuerint, vel per se, vel per alios, naues seu quoconque alio ingenio eis aliquarum subidia, seu consilia quando inter ipsos, & fideles bellum fuerit duxerint impedita. Tempus belli etiam tempus inducarum comprehendit; quia est ad bellum præparatio in ead liberandum de Iudeis. Vltra superius dicta, que ibidem confirmantur additum excommunicatio aduersus eos qui Saracenis galesas vendunt, vel naues: loquitur autem de naibus venditis in oppugnatione Terra Sanctæ præcipitur que ne huiusmodi personis gremium Ecclesie aperitur (hoc est concedatur absolutione) nisi totum quod ex commercio tam dannatum percepimus & tantundem de suo in subsidium Terræ Sanctæ transmiserint, ut a quo iudicio in quo deliquerint puniantur. Tandem in Extrangula de Iudeis, ex Clem. V. excommunicatio ipso facto qui Saracenis armis, equis, scutis, lignamina, victualia alia que merces ferunt, & eos qui permittunt ferri, ferentibus que ad auxilium, vel fauorem paxstant, que excommunicatio refuta est, & ab ea absolu non possunt, nisi tantum de bonis propriis in subsidium Terræ Sanctæ exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerint, vel misserint, vel deferuerint extrahiri permisit.

Ex quibus constat aliquos his constitutionibus excommunicari, qui camen bullæ Coenæ non comprehenduntur. Excomunicantur autem qui videlicet a missis Saracenis tempore belli, cum tamen in bullæ secundum probabile in sententiâ infra examinandum non sit excommunicati. Item exercentes mercimonia tempore belli cum Saracenis, qua actio non videtur bullæ Coenæ prohibita. Verum esto haec constitutione in cibis bullam Coenæ excedant; constitutio tamen bullæ Coenæ absolute latior est, & plures causæ comprehendit quam ius commuue. Quippe comprehendit non solum defensores arma Saracenis, sed Iudeis, Paganis, & quibusvis Christiani nominis hostibus, hereticis expressæ, vel nominatis declaratis; defensores inquam tempore belli & pacis. Cum tamen ante Clementem V. tandem tempore belli videbatur prohibitum Item comprehendit eos qui infidelibus notitiam præbent de statu Catholicæ Religionis, cum tamen haec actio iure communi non reperiatur prohibita. His positis,

4. Triplices actio sub hac excommunicatione Bullæ prohibetur. Prima deferre equos, armas, &c. infidelibus. Secunda eos certiores facere de statu Christianæ Reipublicæ. Tertia auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet illis præstare.

In prima actione continentur qui deferunt, vel transmitunt eos. Sub quo verbo iumenta, boues, muli, aliisque animalia bello inferuntur ad portando currus, sarcinas, & videlicet comprehenduntur, ut docuit Sayrus lib. 3. thesauri casuum, cap. 11. num. 27. Nauar. cap. 25. num. 6. Graffis lib. 4. cap. 18. Vinald. in præf. casu 7. num. 4. Duard. can. 7. q. 19. Bonac. 1. de censur. disq. 1. q. 8. pun. 2. num. 1. Secundum tamen suntientes arma sive offensiva, sive defensiva ex quoconque materia sive legiarmorum sive de verborum significatis: 3. & leg. armis, si de te & vi armata. Et tradit Glosa; in c. ita quorundam de Iudeis, verbo ferrum. Ea autem sic dicuntur quæ ex communi v. u ad præliandum deferuntur. Vnde cum cultris non solant homines vti ad prælium, sed ad scindendum panem, penitusque aptandas, tametsi per accidens aliquando illi præliari contingat, in hanc excommunicationem non incurrit cultris transferentes. Vt aduerterit Nauar. in dicto c. ita quorundam de Iudeis, notab. 5. num. 25. vers. decimo tertio. Sayrus dicto cap. 11. num. 28. Suar. sec. 2. num. 5. Bonac. d. punct. 2. num. 1. Tercio ferrum, & filum ferri sive factum, sive infactum, id est sive apud ad prælium, sive potest ad eum finem facilè accommodari. Vnde non solum malla ferri iam in lamina extensa, & purificata, sed etiam ante purificationem deferri possunt, ut henæ tradunt supradicti Doctores. Ne lex haec nullatoria efficitur. Præterquam quod non solum defensores ferri, sed alii huiusmodi excommunicantur. Sub quo verbo nra huiusmodi, qualibet materia simili contineri debet, extendit utrumque prohibitorum ad omnia genera metallorum, nempe plumbum, stannum, aurichalcum, & similia, & a fortiori ad aurum, & argentum. Quartuò bellica instrumenta, vti sunt tympana, tuba, fistula, litui, cornua, & alia huiusmodi, quibus milites ab bellum excitantur, & ad pugnandum instruuntur. Item calæ ad confundendos muros, currus, & manus ferre ad detinendas naues, globos igneos, aliisque instrumenta apæ ad euerrendam arcem. Sic Sayrus dicto cap. 11. num. 30. Duardus in expofit. huius canonis 7.9.24. Bonac. pun. 2. num. 4. Quinto lignamina, id est ligna apta ad faciendas naues, currus, hastas, aggeres, aliisque ad bellum vium. Sed an ipsæ naues fabricatae intelligantur? Difficiliter non caret, cum ipsæ non sint lignamina, tametsi ex lignaminibus sint confectæ, sicut domus non est ligna, esto fit ex lignis fabricata. Sic Caiet. verbo excommunicatione, cap. 20. Placer tamen mihi sententia Nauarti in cap. ita quorundam de Iudeis, notab. 7. num. 14. Sayris dicto cap. 11. num. 31. Tolet. lib. 1. sum. cap. 26. num. 8. sub li-

gnaminibus naues comprehendendi, quia verè sunt lignamina non qualiacunque, sed ligata, & compacta, ac prouide ad bellum aptiora. Si enim prohibentur lignamina deferri, ne ex iis naues conficiantur; a fortiori naues confectæ cententur prohibite iuxta vulgare proverbiū: Proper quid unum quodque rale, & illud magis. Et Autem, multo magis de sanctis Ecclesiis. Sextis canopeis, funes tam ex ipso canope, quam alia quoconque materia, & ipsam materiam quia haec bello maximè deferuntur. Denique excommunicantur alii huiusmodi prædictis transmittenres. Sub quibus verbis comprehenduntur quæ sub prædictis propriè non veniunt, illis tamen similia sunt.

Dubium camen est; An sub prædictis vestimentis, pecunia, merces, & victualia comprehendantur? Negant graues Doctores, quando bellum est. Panormit. in cap. significavit de Iudeis. Caiet. verbo Excommunicatione, cap. 10. Nauar. dicto cap. ita quorundam de Iudeis, notab. 10. num. 13. 34. & 37. Sayrus, lib. 3. cap. 11. num. 12. Quibus assentitur Tolet. lib. 1. c. 26. num. 10. etiam bello inquietu. Ducitur quia illi formaliter non oppugnantur Christiani, neque per se ad præliandum deferuntur, sed ad alios vius. Neque obelt in prædicta clauilia excommunicari auxilium, & fauorem infidelibus præstantes; quia intelligi debet de auxilio per monitionem, delacionemque armorum, alarumque rerum, quibus oppugnatio fit, non de auxilio illis in rebus, que per se bello non deferuntur, sed alii viis sunt accommodatae. Contraria tamen sententia defendit Suar. 1. 3. de censur. disq. 21. sec. 2. num. 5. Bonac. 1. 3. de censur. disq. 1. q. 8. pun. 2. num. 4. Si prædicta transmiserint tempore quo inimici eis vti possum in religionis Christianæ iacturam. Tum qui sub illis verbis generalibus, & alia huiusmodi haec videntur comprehendit. Tum præcepit quia his rebus auxilium, & fauor quomodolibet præstatur nostræ Religionis hostibus. Nullum enim auxilium bello aptius est, quam pecuniam, mercum, & victualium. At in prædicta clauilia videntur excommunicari omnes auxilium, consilium, vel fauorem inimicis nostræ Religionis præstantes. Ergo.

Ex his sententiis priorem veriorem existimo tum ob rationes iherusalem alatas. Tum quia non est certum in hac excommunicatione comprehendendi auxiliantes, consilientes, aut fauentes quomodolibet infidelibus, & hereticis in damnum Catholicæ Religionis, sed necesse est requiri, ut auxilium sit in monitione de statu Christianæ Reipublicæ; quia de his suis fieri prius factus, & relatuim illi, & ad u. quod ad immediate præcedentia referitur, id denotat. Præterquam quod non de auxilio, consilio, vel fauore Turcicis, alioque Christianæ Religionis inimicis videntur intelligentum, sed de auxilio præstite ipsi Catholicois, ut certiores faciant Turcas de statu Reipublicæ Christianæ, ita ut sensus sit. Excommunicamus illos qui per se, & vel aios de rebus statu reipublicæ Christianæ concernientibus in Christianorum periculum, & damnum ipsos Turcas, Christianæ Religionis inimicos, necnon hereticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt; illisque scilicet fauoribus hereticis certiores ad id, hoc est ad prædictum effectum mendi hereticis, auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant.

Secundum dubitatur, qualiter debetas deferre, seu transmittere prædicta, ut hanc bullæ excommunicationem incurras. Respondeo certum esse te incurrire, si perte ipsum transferas, sive transferas nomine proprio, sive alieno. At si per alium transferas, quia consilium, auxilium & fauorem ad dilationem dedisti probabilitate non videatur carere te ab hac censura Bullæ exculpati, si verba illa, illisque ad auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant non referantur ad hereticos & inimicos nostræ Fidei, sed ad ipsos Catholicos, quibus ad monendum infideles, & hereticos auxilium præstatur. Atque ita tradit Tolet. in præf. cap. 23. num. 7. Sayrus lib. 3. cap. 3. cap. 1. num. 25.

Terciò dubitatur, An incurras hanc censuram, si arma, equos, reliquiae in hoc canone vetita deceras ex vno loco infidelium ad alium, vel ex vnius infidelis Principis dominio in dominium alterius infidelis? Negant Sylvest. verbo Excommunicatione 7. num. 6. Tabiena codem canon. 7. Fillius tradit. 14. cap. 8. quest. 3. num. 13. Alterius in expofit. huius canonis. disq. 8. cap. 2. ad finem, & alij apud Sa. num. 1. cap. 21. numero 19. Quia ea non est delato armorum ad infideles; siquidem absoluē ea arma apud infideles existenter, paucum refert huius illi sive infideles. Sed hoc limitandum est cum Nauar. in cap. ita quorundam de Iudeis, notab. 6. num. 7. Sayrus lib. 3. cap. 11. num. 19. Tolet. lib. 1. c. 23. num. 6. Duardo lib. 1. cap. 7. 9. 8. Reginaldo lib. 9. cap. 18. num. 300. Bonac. d. punct. 1. de censur. bullæ. quest. 8. punct. 2. num. 7. ut verum habeat casu quo ex prædicta delatione grauius damnum Christianis non imminet; nam eo casu delatio, que solum ob damnum, quod Christiani inferri potest prohibetur, hac non punitur censura. At si ea delatione armorum grauius damnum Catholicis patiuntur, quam patenter illis non delatis, verius videatur eam delationem sub hac censura contineri. Tum quia verè est delatio

Iatio ad infideles in damnum Christianorum. Tum quia secundum communem sententiam auxiliantes, fauientesque infidelibus in damnum Catholicae Religionis haec censura comprehenduntur. Negari autem non potest media illa declaratione auxilium infidelibus praestari. Ergo &c.

10 Quartò dubitatur de vendentibus, permutantibusve arma cum infidelibus? Et quidem si ex venditione, vel permutatione validiores infideles non sunt, manifestum est eam venditionem, & permutationem hac censura non prohiberi. Secus vero si fortiores reddantur ad Catholicorum impugnationem, qui iam esset delatio, & transmissio, tametsi non grauita, sed onerosa in damnum Christianae religionis. Vt tradit Nauarr. in capite, ita quarundam de Iudeis, notab. 8. numero 2. 3. Azor. 1. p. in fit. moral. lib. 8. capite 2. 3. q. 9. Sayrus. lib. 3. c. IX. n. 27. Reginald. lib. 9. cap. 18. num. 298. Bonac. dis. 1. q. 3. punct. 2. numero 2. 5. Viald. in præsentis casu 7. numero 1. 3. Gambarpa. ibi , numero 12. & 17. Duard. quest. 9. numero 1. & alij.

11 Sed quid si in terris Principi Christiano subiectis ea arma infidelibus vendas? Affirmat Nauarr. in dicto capite, ita quarundam de Iudeis, notab. 8. num. 41. Azor. dicta 1. p. in fit. lib. 8. cap. 2. 3. q. 7. Sayrus lib. 1. 3. cap. 1. 1. num. 26. Tolet. lib. 2. cap. 2. 3. num. 5. Gambarpa. calu. 7. num. 18. Ita exculpat eis ab hac censura, quia transmisisti quia hac censura prohibetur est quia sit ad infideles. At facta infidelibus in terris Christianorum non est transmissio ad infideles proprii, cum non possint infideles illis armis in damnum Christianorum liberè ibidem vti.

12 Ceterum certissimum est, si ex hac venditione probabilitas credis damnum Christianos esse accepturos te in excommunicationem latam in cap. ad liberandum. de Iudeis incidere, quia ibi excommunicantur arma sacramentes vendentes. In excommunicationem autem bullæ incidere non ita certum est ob rationem superius allatum: & quia non satis constat ibidem excommunicari auxilium, confitimus prælantes infidelibus in damnum Christianæ religionis, cum illa verba, illisque ad id consilium, auxilium, vel auorem quomodolibet praefiant, statim dubia sunt ad quos referantur, & in quam materiam. Nihilominus probabilitas censet predictam venditionem hac censurā comprehendendi. Vt docuit Hugolin. in exposit. huius censura, vero illis, numero 4. Duard. q. 7. num. 3. Bonac. alios referens, dis. 1. q. 8. punct. 2. num. 1. Quia bullæ non requirit ut arma transferantur ad terras infidelium, cum translationem ad infideles nulla superaddito prohibuerit, at ea translatio ad infideles est facta. Neque obest quod ipsi ibidem non possint Christianos oppugnare. Satis enim est quod possint in terra infidelium translati. Praterquam quod solum per accidens ad impugnatione Christianorum ibidem impedientur, scilicet ob protectionem, & potentiam Christiani Principis. Per se autem, & ex concessione armorum illis facta optime possunt ibidem oppugnare Christianos. Nulla ergo causa est ob quam hac censura ea venditio non afficiatur.

13 Quinto dubitatur de Principe Catholico bellum cum alio Principe Catholico agente; an conuocare possit infideles, illisque arma præbete in sui auxilium? Aliqui vident posse hoc illicitem esse, & hac censurā bullæ prohibitum, cum sit translatio armorum ad infideles in damnum Christianorum quos oppugnatur sint. Et præter illis armis concessis vii possunt infideles in Christianorum perniciem. Nihilominus longè verius est Principe Catholico bellum iustum gerentem aduersus alium Catholicon Principe posse scelus scandalo in sui defensionem, & auxilium infideles conuocare, illisque ad præliandum arma concedere; quia ea concessio etiæ cedat in damnum Principis oppugnati, illisque subditorum, at absolute cedit in utilitate, & commodum Christianæ Religionis, cum cedat in defensionem, & auxilium Principis iniurijs patientis, & subuersione Principis iniurijs irogantis. Ob quam cauam ea armorum concessio nedum est dicenda cedere in damnum Principis oppugnati, sed potius in illius utilitatem, vtptore qui impeditur ab iniustitia, usurpationeque alieni juris. Atque ita tradit Alterius t. 1. lib. 5. dis. 8. cap. 5. dub. 7. Duardus in præsenti, lib. 2. canon. 7. quest. 3. 6. num. 18. Bonac. dis. 1. de censur. q. 8. punct. 2. numero 1. o. & de contract. dis. 2. quest. ultim. sect. 1. punct. ultim. q. 2.

14 An licet Principe Catholico infidelibus arma subministrare, ne alius Princeps Catholicus superior exstaret, controuerferit apud aliquos, negat Hugolin. in præsenti cap. 7. §. 1. num. 4. Duardus quest. 3. 5. numero 2. Bonac. dicta q. 8. punct. 4. n. 10. affirmant alij. Ego rem totam malo intentam relinquere, quam magnam item definire.

15 Sexto dubitatur, ad quos arma, equi, aliisque instrumenta bellica transmitenda sunt, ut censura Bullæ contrahatur. Respondeo transmitenda esse non solum ad Turcas, & Saracenos, sed etiam ad Tartaros, Mauros, & Iudeos, atque infideles qui Christianum defellantur, Christianoque oppugnant, seu parati sunt oppugnare; quia hi omnes Chri-

stiane Religionis sunt hostes. Præterea si deferantur ad hæreticos à Sede Apostolica exprelsi, vel nominatim declaratos. Dicuntur autem hæretici à Sede Apostolica declarati, qui ab ipso summo Pontifice, vel eius Officialibus, seu Legatis intra curiam degentibus, quippe non proprio nomine, sed nomine summorum Pontificis litteras exp. dunt, declarantur usq. Clement. Ne Romani. §. 3. de electione. Expresse vero iu nominatim declarantur qui nomine proprio Petri, vel Francisci notari sunt, vel illis circumstantiis expressis, quæ expressionis nominis aequivalent. Vt docuit Tolet. lib. 1. cap. 23. numero 5. Sayrus lib. 1. 3. cap. 1. 1. num. 16. Non vero qui solum generi exprimuntur, vti sunt Lutherani, Calvinisti, &c. quia ex hac expressione nulla persona est expressa, vel nominatim declarata, cum non ad declarandas personas, sed hæretes illa expressio referatur. Quod vero inquit Bonac. dis. 1. q. 8. punct. 3. num. 5. consendum esse hæreticum exprelsi declarata, qui sub illis circumstantiis declaratur, quæ expressioni nominis aequivaleret verissimum est: attamen omnia exempla quæ adducit mihi non probantur, censet namque exprelsi declaratum, si in tentia dicatur. Excommunicatus ill. Iun. qui fungitur tali munere, qui in tali loco verba heretica prætulit, qui in tali libello autoritatem Pontificiam impugnat. Sed hæc solum vera censio, cum notiorum est quis illo officio fungetur; quippe hæretica verba prouulerit, & libellum publicauerit: nam si hæc delicta occulta sint, censendum non est delinquens exprelsi, & manifeste declaratus cum ex illa declaratione solum eiū delictum declaratur, non persona, hæc enim ait hæc occulta est, & nemini nota. Non igitur censeri potest exprelsi declarata.

Deferti autem arma ad Schismaticos ut tales declaratos, formaliter hæretici non sunt hac censurā non prohibetur. Vt notauit Duard. lib. 2. can. 7. 9. 5. num. 3. Bonac. dis. 1. 1. censur. q. 8. punct. 3. in fine. Et à fortiori deferit aima Catholicis habitantibus in terris infidelium hac censurā non est prohibitum; quia non est spectanda terra, in quam arma deferantur, sed ad quos transmituntur; sicuti Bullæ constitutio non de translatione ad infideles locuta est. Excepto nisi timeatur Principem in infidele illis armis virorum in Christianorum perniciem; quia eo casu sic deferens etiam in immediate Catholicis deferat, mediatè deferit infidelibus, illisque auxilium in damnum Christianorum præbet. Ergo stante communis sententia affimante auxiliantes infidelibus & hæretici in damnum Religionis excommunicari hac censurā comprehenduntur, hic Catholicis arma deferentes, cum ex delatione damnum Catholicis Proueniat. Sicuti notauit Nauarr. in cap. ita quarundam, de Iudeis num. 27. Duard. in præsenti libro 2. can. 7. quest. 3. ad finem. & quest. 6. num. 2. Bonacina alius relativis 3. de censur. disputatio. 1. quest. 8. puncto 3. num. 6.

Septimus dubitatur qui ab hac censurā excludatur, tandem infidelibus arma deferant? Præter generales excusationes de ignorantia, & inaduentientia tam iuri, quam facti exculpi possunt deferentes. Primo ex leuitate materiae, sicut cum in aliis legibus hæc admittitur exculpatio in hac lege concedenda est, cum finis huius legis, sit ne damnum Catholicorum patiar. At ita leuis esti potest armorum delatio, ut ex ea nullum graue damnum timeri possit. Ergo eo casu deferens a censura exculpatur. Vt tradit Nauarr. in cap. ita quarundam, de Iudeis, notab. 8. num. 3. 1. Sayrus lib. 1. 3. cap. 1. 1. num. 22. Viald. in exposit. huius bullæ num. 12. Duard. lib. 2. can. 7. quest. 1. num. 3. Reginald. lib. 9. praxi cap. 18. num. 2. 98. Bonac. t. 1. de censur. dis. 1. quest. 8. punct. 4. Quia autem sit materia gravis, que leuis est arbitrio prudentis decidedenda est spectato fine huius legis, qui est damnum Christianorum vitare. Regulariter traditio vnius pugionis, ensis, arcus, & similium non censetur gravis materia: quia hæc potius ad vulnus donatarum illiusque re-creationem deserviunt, quam in Religionis Christianæ perniciem. Secus vero dictum de integrâ militis armaria, de vniça nau, de bombardâ, aliisque bellicis instrumentis, videtur ex Doctoribus superius relatis. Secundò exculpatum a censura, & peccato deferentes arma, aliisque prohibita, si damnum quod ex delatione Christianorum timeri potest aliunde compensent. Sicuti plerunque censetur compensatum cum redemptione captiuorum concedendum: maximè si alii mercibus non prohibitis captivi redimi nequeunt. Vt tradit Nauarr. in dicto cap. ita quarundam notab. 8. num. 26. Sayrus cap. 1. num. 34. Duard. cap. 7. quest. 11. Viald. in præsenti num. 6. 3. Hugolin. §. 1. num. 11. Reginald. num. 9. 9. Bonac. dis. 1. quest. 8. punct. 4. num. 12. Tertio exculpatum, si ab ille gravi iactura delationem omittere nequeunt; quia leges Ecclesiasticae non censetur ita stricte obligare. Sic Bonac. Nauarr. Sayrus, Duardus, Hugolinus loc. alleg.

Secunda actio, que sub hac censura prohibetur est infidelibus, & hæreticis notiū præbete de statu Christianæ Republicæ, quod intelligendum est de statu temporali; ut si reuelares aliquam ciuitatem Christianorum viualibus armis, & milibus esse defititam, ex qua reuelatione possent Fidei hostes moueri ad eam ciuitatem, vel arcem oppugnare.

oppugnandam, absque dubio in excommunicationem incidentes, quia absolute certiores faceres infideles de statu temporali Christianae Reipublicæ in eius damnum. Sicut tradit Hugolin. in presenti numero. Sayrus cap. 11. numero 3. Duard. can. 7. quæst. 30. Bonac. dis. 1. q. 8. punct. 2. numero 29. Quod à fortiori procedit, si tempore quo Princeps eligendus est, moneas hereticos de statu electionis futuræ quæ monitione facta heretici electionem Catholicæ Principis diuertere conantur. Vi bene adiuvant Hugolin. Duardus & Bonacina locis alleg.

13. Sed an sub hac actione comprehendat Tabellarium defensas litteras infidelibus secretum Christianæ Reipublicæ confidentes, cum ipse probabiliter concius est iniuriantur? Dicent aut Doctores. Nam Suar. dis. 21. sed. 1. numero 38. Hugolin. in presenti, in verbo necnon illo, vers. secundo. Duardus dicit canon. 7. quæst. 31. numero 1. & q. 38. numero 16. Bonac. titul. 1. de censur. dis. 1. q. 8. punct. 1. in fine, affirmant; quia moraliter censendum est reuelare, sicut censetur combarcere, qui ignem applicat. Sed alij contrarium non improbabiliter content, quia reuelatio cum sit quædam manifestatio, & locum nullatenus praestatur à Tabellarium litteras sigillatas deferentes; non enim ipse reuelat, sed reuelationem defert. Applicans autem ignem dicunt comburere; quia ignis folum physice non moraliter combustionem præstat; at litteras mitentes, & physicè, & moraliter secretum reuelant, eoque de causa defensas reuelationem ab hac denominatione reuelantur excusari potest.

14. Deinde graues Doctores, Hugolinus in presenti, vers. secundo affici. Duard. canon. 7. q. 31. numero 2. & q. 34. numero 2. Alterius lib. 5. dis. 8. capit. 10. vers. sed modo perquirendum. Bonacina dis. 1. de censur. Bull. q. 8. pan. 1. numero 4. censent reuelantem secretum Christianæ Reipublicæ fidelibus, quos credit infidelibus reuelaturos sub hac censura comprehendit, quia verè infidelibus moraliter reuelare censetur falso mediatis. Sed contrarium rectius censuit Suar. dis. 21. fici. 2. num. 58. quia in predicta clausula solum puniuntur reuelantes per se, vel per alios statum Christianæ Reipublicæ infidelibus. At sic fidelibus reuelans nequamquam dici potest infidelibus per se, vel per alios reuelare, cum ipsi fidelis reuelantes nomine proprio reuelent; non autem nomine prioris reuelantis, qui nunquam ipsis reuelationem demandant.

15. Tertia actio, que in hac clausula sub censura prohibetur est auxilium, consilium, & favor. Sed quibus præfundum sic consilium, & auxilium & in qua materia, ut hanc censuram inducat; difficultate non carer. Nam vt ex superioribus constat, probabile videatur verba illa, illigere ad id auxilium, consilium, vel favorem quoniodolibus præstant, referenda esse ad eos, qui Catholicæ certiores facientibus hereticos de statu Christianæ Reipublicæ auxiliantur. Quo calo non est dubium, Tabellarium deferentem litteras reuelatorias statas Christianæ Reipublicæ contineri. At quia frequenter expotentes illa verba intelligunt de auxilio, consilio, & favore infidelibus; & hereticis præsto in damnum Christianæ Religionis, ea de causa explicandum est qui censentur comprehensit. Et breueriter comprehensit eis quia consilium hereticis præferent qualiter Catholicos oppugnare possent, item qui eos in pugna iuarent. Item qui iuarent in armis, nequorum, alioquinque prohibitorum delatione, ac tandem in status Reipublicæ manifesterentur.

Vt autem hac censura consulentes, & auxiliantes afficiantur, necessaria videtur requiri damnum Catholicis re ipsa fieri; quia vñq[ue] sitiam dñnum, non censentur consilium, & auxilium effectuum habere, es[que] perfecta, siquidem ratione damni prohibentur. Ut conflat ex illo relatio ad id, quod ad damnum refertur, sicut tanquam probable defendit Bonac. dis. 1. q. 8. 1. num. 2. 5. & 26.

16. An autem ob periculum vita alteriusve grauissimi damni, excusat postulentes, & fauientes infidelibus, & hereticis in dñnum Christianæ Reipublicæ? Aliqui Doctores censent excusat non esse, cum dñnum maximum Reipublicæ inferatur, alias non inferendum, sicut videtur sentire Molina titul. 1. de iust. dis. 1. q. 1. concl. 4. Suar. dis. 21. sed. 2. num. 6. Lefthus lib. 2. cap. 9. dub. 18. num. 123. Sanchez lib. 1. in decalog. cap. 7. num. 18. post med. Reginald lib. 9. cap. 1. 18. num. 299. quia bonum commune priuato anteponi debet, ad quam antepositionem præstandam vñpotè iure natura debet iuste Pontificis compellit. Sed rectius contrarium censuit Sayrus lib. 3. cap. 11. num. 18. Nauart. in cap. ita querendum de Iudicis por. ab. 8. num. 26. Petri. Nauarra. lib. 3. de restit. cap. 4. art. 4. Cordubensis. q. 137. Azor. titul. 1. lib. 2. in fin. mor. cap. 7. q. 6. Man. Rodriguez. in expost. bull. q. 9. num. 8. j. & alij relati a Sanchez. loco citato. Nam esto consulentes, fauientes infidelibus in dñnum Christianæ Reipublicæ a peccato non excusat, credendum tamen est à censura excusari; quia esto eo casu posset Ecclesia eos censura afftere, verosimilis est eam voluntatem non habere, vñpotè à pietate, & benignitate Ecclesiæ alienam.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars V. I.

Ad extre[m]um reuocantur in hac clausula omnia privilegia laicorum concessa dominis, Princibus, Rebuplicis, & particularibus personis. Nam vt tradit Sylvest. verbo Excommunicatio 7. num. 58. Tabiena codem. 6. §. 6. Tolet. in expositi. buscan. §. 5. dub. 1. Sayrus lib. 3. cap. 11. n. 36. Genuebus, & Venetiis concessum priuilegium erat a variis Pontificibus asportandi plumbum, & stannum, aliquæ prohibita ad Turcas, id est hoc clausula reuocantur.

PUNCTVM IX.

Expenditur octaua excommunicatio aduersus impeditentes, ne Romanæ curie virtualia, aliaque necessaria deferantur.

1. Refertur Textus.
2. Qui finis huic excommunicationis sit?
3. Quid sint persona aduersus quas fertur?
4. Quid sit materia?
5. Quæ sint actiones hac excommunicatione prohibita?
6. Vtiusus titulus excusar ab hac excommunicatione debet esse certus, non dubius, quod difficultate non caret.
7. In foro externo impedimentum præsumtum à persona publica præsumuntur si appositi sunt esse. Secus à privata.
8. Princeps detinens virtualia, quæ ex alieno territorio per suum transferuntur ad Romanam curiam, non videatur huic excommunicationi subiici.
9. Hoc impedimentum apponendum est direc[t]e, & formaliter.
10. Quid nomine Romanæ curie intelligatur, ad quam virtualia deferantur?
11. Proponitur ratio dubitandi, an impeditiens virtualia illius, qui in proprium usum, vel in usum particularis personæ deferat subiectur huic excommunicationi.
12. Quid respondeat Bonac.
13. Probabilis censio te hac excommunicatione non esse ligatum.
14. Non ob quoru[m]libet virtualium impedimentum ligaris habet censuram, sed debet esse quantitas gravis.
15. Hec excommunicatione solum ad impeditentes, & eorum defensores extenditur.

Octaua excommunicat, & anathematizat Pontifex omnes impeditentes, seu inuidentes eos, qui virtualia, seu alia necessaria ad usum Romanæ curie adducunt, ac etiam eos qui ne ad Romanam curiam adducantur, vel afferantur prohibent, impedit, seu perturbant, seu hoc facientes defendunt per se, vel alios cuiuscunq[ue] fuerint ordinis, præministræ, conditionis, & statutis, etiamlii Pontificali, seu regal, aut alia qua vis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Hac excommunicatione lata est in utilitatem, commodum, honorem, defensionem, & potestatem Romanæ curie, ne scilicet rebus quibus indigeret defuerat. Quapropter aduersus haec contumaciam delinquens ultra iniuriam quam committit, facileg[er]is est, vñpotè offendens Ecclesiasticum tribunal, quod maxime ex personis Eccl. lehisticis coalescit, sicuti notauit Caetera, verbo Excommunicatio, cap. 19. Sayrus lib. 3. theori. cap. 12. numero 2. Reginald lib. 9. capite 19. numero 307. Filiijucis tract. 1. 6. cap. 7. q. 1. numero 15. Duard. lib. 2. in expositi. buscan. q. 10. num. 3. Bonac. dis. 1. q. 9. p. 1. in fine, num. 15.

Personæ aduersus quas excommunicatio fertur sunt omnes & singuli cuiuscunq[ue] dignitatis etiam Imperialis, & Regalis virtualia, seu alia necessaria Romanæ curie impeditentes, illoq[ue]mque defensores, sive per se, sive per alios, vt constat ex tenore Bullæ.

Materia est impidire, sive dolo, & fraude, sive per vim, ne virtualia ad Romanam curiam deferantur, deferentesque prohibere, & perturbare ne deferant, necnon eos, qui haec facientes defendunt per se, vel alios. Materia circa quam excommunicatione veratur sunt virtualia, aliaque ad usum Romanæ curie necessaria. Nomine virtualium intelliguntur quæ ad clum, potum, & vestimenta defervunt, leg. virtus, & leg. cetera, de verbis significat. At sub iis quæ necessaria sunt ad curiam Romanam omnia illa venient, quæ curialibus tunc ad habitandum, tunc ad negotia, & munera perganda sunt ad honestam eorum recreationem deferrere possunt. Sed an sub iis verbis litteræ comprehendantur, ita vt impeditentes Tabellarium, aut aliun nuntiunt litteras deferentes in hanc excommunicationem incidunt? Negat Bonac. dis. 1. q. 9. p. 1. n. 10. nisi in illis litteris chirographum continetur, quo pecunia ad Romanam curiam cambiari quæ litteræ non pertinens ad virtualia, neque ad usum curie Romanæ necessaria. Quando autem chirographum hoc continuerit, cum hoc pecunia dilatatione equivalcat, merito sub rebus necessariis continentur debet. Ego vero existimo litteræ continentibus chirogra-

F pham